Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

R e

uiderunt moabite contra aquas ru
beas quasi sanguinem. dixerunt que san
guis est gladii. pugnauerunt reges con
tra inuicem. et cesi sunt mutuo fu
gere ad pedem moab. preceperunt que
castra israel. porro consurgens israel per
cussit moab. at illi fugerunt coram eis
venerunt isturque qui uiderant. et pers
serunt moab. et ciuitates destruxerunt
et omnem agrum optimum. mittentes
singuli lapides replenerunt. et omnes fon
tes aquarum obturauerunt. et omnem lig
num fructiferum succiderunt. ita ut muri
tantum cicilies remanerent. et circumda
ta est ciuitas a fundibularius. et mag
xepte pugnabat. quod cum uidisset rex
moab. prevaluisse scilicet hostes. tulit
secum septuaginta uiros educentes
gladios. ut irrumpent ad regem edom.
et non potuerunt. arripiens que filium
suum primogenitum qui regnaturus
erat pro eo. obtulit holocaustum super
murum. et facta est indignatio mag
na in israel. statimque recesserunt ab eo. et re
uersi sunt in terram suam. IIII

Mulier autem quedam de uo
xibus prophetarum clamabat ad
helisaeum. dicens. seruus tu
us. uir meus mortuus est. et tu nosti
quia seruus tuus fuit timens deum
et ecce creditor uenit ut tollat duos
filios meos ad seruiendum sibi. Cui
dixit helisaeus. quid uis ut faciam tibi
dic mihi quid habes in domo tua. At
illa dixit. non habeo ancilla tua quidquam
in domo mea. nisi parum olei quo un
gar. Cui ait. vade et pete mutuo ab
omnibus vicinis tuis uasa uacua non
pauca. et introgredere domum tuam et
claude hostium introgressus cum fueris
tu et filii tui et mittite in uasa omnia
hec. et cum plena fuerint tolles. Inter
eaque mulier et clausit hostium super
se et super filios suos illi offerebant uasa
et illa infundebat. cumque plena fuissent
uasa. dixit ad filium suum. affer mihi
adhuc uas. et ille respondit non habeo. stetit
que oleum. venit autem illa et indicauit ho
mini dei. et ille. vade inquit uende oleum
et redde creditori tuo. tu autem et filii tui vi
uite de reliquo. Facta est autem quedam di
es et transibat heliseus per ciuitatem
erat autem ibi mulier magna que tenuit
eum ut comederet panem. cumque frequen
ter inde transiret diuertebat ad eam ut co
mederet panem. que dixit ad uirum suum
quod uir dei sanctus est iste. qui transit
per nos frequenter. faciamus ergo ei ce
naculum parum et ponamus ei in eo lec
tulum. et mensam. et sellam. et candela
brum. ut cum uenerit ad nos maneat
ibi. facta est igitur dies quedam. et uenit
ens diuertit in cenaculum. et requiescebat ibi.
dixit que ad gezi puerum suum. Voca sunam
mitem istam. qui cum uocasset eam
et illa stetisset coram eo. dixit ad puer
um suum. loquere ad eam. ecce sedulitate
in omnibus ministrasti nobis quid
uis ut faciam tibi. numquid habes negotium
cum rege uis ut loquar regi. siue pen
cipe militie. que respondit. in medio
populi mei habito. et ait. Quid ergo uult ut
faciam ei. dixit que gezi ne quaeras. filio
enim non habet. et uir eius senex est.
precepit itaque ut uocaret eam. que cum
uocata fuisset. et stetisset ante hostium
dixit ad eam. Intempesta. et in hac ea
dem hora si uita comes fuerit habebis in
utero filium. at illa respondit. Noli quaeso
domine mi uir dei. noli mentiri ancille